

BX 1749  
.P4  
D-8  
1754-55  
V.4



1080046600

JOANNIS DUNS  
SCOTI,

DOCTORIS SUBTILIS  
ORDINIS MINORUM,  
THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS,

*Super Quartum Sententiarum Quaestiones exactissime.*

DISTINCTIO PRIMA.

**S**AMARITANUS ille piissimus spoliatum videns hominem, & atrociter laetatum, misericordiam affecta compatens, medicinam attulit efficacem, qua curatis ipsius vulneribus, ac plena reddita sanitate, in sui principium, a quo descendens ab Hierusalem deviaerat, finaliter reducatur. De ista facili sanatione salubris ac devii reductione finali, tanquam de pedibus sedentis super solum excelsum, Magister in hoc opere finali determinat, ut sicut ex primo, & secundo claruit Deum esse *Alpha*, tam in se ens inter omnia primum, quam omnium aliorum originale principium: sic ex tertio, & quarto appareat ipsum esse & *Omega*, tam in se finem ultimum, quam creaturæ suæ per seipsum, in seipsum finaliter reductivum, hanc autem reductionem finalem præcedit curatio semiplena, & plena curatio conatur. Secundam hanc distinct. igitur potest dividi quartus iste, dicendo, quod magister primo agit de hominis faucii curatione salubri, secundo de hominis devii reductione finali. Curatur enim homo salubriter in susceptione devota Sacramentorum virtutum, & reducitur finaliter in perceptione jucunda præmiorum celestium. Sacramenta enim disponunt & præparant; præmia vero perficiunt, & consummant. Vel potest dici, quod primo agit de curatione semiplena, seu dispositiva, & secundo de curatione plena, seu peractiva: & utraque divisio redit in idem. Nam curatio semiplena fit per gratiam Sacramentorum, quæ sunt medicinae salubres: plena curatio, seu finalis reductio fit per collationem præmiorum, quæ sunt jucunda refectiones. In prima igitur parte agit de sacramentis, per quæ curatur languidus a morbo culpa. In secunda de præmiis, per quæ liberatur a languore penæ. Et incipit secunda in principio distinct.

43. *Postremo* &c. Prima dividitur in duas; primo namque determinat de Sacramento in generali. Secundo in speciali. Secunda in principio distincta. 2. *Jam ad Sacramenta*. Prima dividitur in duas; in *proccium*; & tractatum; qui incipit ibi, *Sacramentum est factum*, &c. Et illa in quatuor secundum quatuor, quæ in proccio proponit præcedenda. Primum est quid sit Sacramentum. Secundum, quare institutum, ibi, *Triplix est causa*. Tertium in quo consistit ibi, *Duo autem sunt*, &c. Quartum d. differentis Sacramentorum ibi, *Jam videre restat*. Et illa in duas, in principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi, *tuis amem*. Et illa incidentalis in tres, quia primo agit de Sacramento præcepto legis Mosaicæ. Secundo, quid sibi correspondebat in lege nature ibi, *Quæritur autem*. Tertio restit ad declarandum quædam dubia de Circumfessione ibi, *Hic dicendum est*. De Sacramento igitur in communi, hoc primo, tanquam notum occurrit considerantibus Sacramenta, scilicet quod Sacramentum specialiter ad gratiam ordinatur, quod verum generale, si particularis, & clarior, & planius explicatur, præbit veritas illorum, quæ de Sacramento in generali communiter inquitantur. Sed an ordo iste fuerit causæ ad causam, vel ligni tantum ad significatum, difficultas oritur principaliter ex duobus, quorum unum est generale, scilicet de potentia creature ad creandum gratiam; secundum est speciale, scilicet propria ratio, & excellentia Sacramenti ad sanctificandum animam. Secundum hoc igitur in hac prima distincta. (ubi de Sacramento agitur in communi, & per consequens de ordine ejus ad gratiam) principaliter est tractandum. Primo, quæritur in communi, an creatura possit habere aliquam actionem respectu termini creationis. Et sic, de propria ratione Sacramenti & ejus institutione. Tertio ex istis, si Sacramentum potest habere respectu gratiæ creandæ aliquam causalitatem.

### QUESTIO PRIMA.

*An creatura possit habere aliquam actionem respectu termini creationis.*

**A**D Primum sic proceditur, & arguitur quod creatura possit habere actionem respectu termini creationis. Primo, quia Augustinus dicitur in *Juan. Homil. 3.* & ponitur in *can. 1. q. 1. De trinitate. Quæ est ipsa virtus aque tantæ, ut corpus tangat, & cor abluit?* Sed non abluit cor in anima, nisi per gratiam, ergo aqua Baptismalis essentialiter sic habet ad gratiam, qua tota abluit, Item *1. 2. q. 9. 7. 8.* Artifices ideo de nihilo non possunt aliquid fabricare, quia per corpus operantur, ergo per oppositum creatura spiritalis potest aliquid de nihilo producere, quia non operatur per corpus. Et confirmatur, quia sicut actio transiens requirit passum in quod agit, ita videtur quod actio immanens non requirit passum; ergo agens actione immanente potest agere & non de aliquo passu, & ita creare. Item ratio

ne

ne sic; Effectus non adequatur virtutem agentis superioris potest ab agente inferiori produci: sed nullus effectus inferioris supra creatura adequatur virtutem Dei, nec ad quatione simpliciter, quod patet: nec etiam in ratione effectus, qui adhuc aliquid superius eo potest esse effectus Dei: ergo quolibet inferioris supra creatura potest ab aliquo agente secundo produci; aliquid autem tale est quod non potest produci nisi per creationem, ergo &c. Major probatur, quia si effectus in ratione effectus, non adequatur virtutem agentis, ergo agens non secundum totam potentiam suam producit illum, & per consequens minor potentia sufficeret ad producendum illum. Et confirmatur, & probatur hæc consequentia in probatione majoris, quia si secundum totam potentiam produceret effectum inferiorem, ergo superior effectus non offenderet potentiam majorem in causa, quam inferior; quia inferior offendit totam, ex quo non potest produci, nisi secundum totam potentialitatem ejus. Consequens est falsum: nam ex effectu perfectiori plus relucet potentia causæ. Item, agens creatum potest aliquid annihilare: ergo creare. Consequens probatur, quia æqualis est distantia a nihilo ad aliquid, sicut ab aliquo ad nihil, ut patet per *Phil. 3. Phy (a) Eadem est distantia ab Athenis &c.* ergo æqualis virtus potest super hanc distantiam & illam. Probatur anteceditur, quia agens creatum potest destrucere formam naturales tollit: ita quod nihil ejus remaneat: talis autem destructio est illius annihilatio. Tum, quia quod potest esse causa effectiva unius oppositi, eo modo quo convenit sibi habere causam effectivam, potest esse causa destructiva alterius oppositi: Patet, propter incompossibilitatem oppositorum; Sed anima potest esse causa infidelitatis, desperationis, & aliorum peccatorum moralium, quæ repugnant gratiæ & charitati, & hæc causam dico eo modo quo istis convenit habere causam scilicet in desiderio: patet enim quod illa potest inesse anime & non a Deo in a causa (s) quia Deus non est causa peccati: ergo anima potest esse causa corruptiva fidei, spei, & charitatis, sive gratiæ. Notum autem omnium destructio est annihilatio, sicut eorum productio est creatio. Universaliter enim quod non potest produci nisi creetur, non destruitur nisi annihilatur, quod autem fides, & infidelitas opponatur, & spes, & desperatio videtur manifestum. Consimiliter probatur de gratia, seu de charitate, & de quolibet peccato mortali, quia amicitia Dei & inimicitia formaliter opponuntur, peccator est formaliter inimicus Dei, habens autem gratiam, vel charitatem est formaliter amicus: ergo &c. Item causa secundæ plus potest in virtute causæ primæ, quam in virtute propria, alioquin non dependeret essentialiter in causando a causa prima, nec esset ordo essentialis causarum in causando, quod est inconveniens. Sed in quodcumque ens producibile non per creationem potest aliqua causa secunda in virtute propria, ergo in terminum creationis potest in virtute causæ primæ. Contra Aug. super *Genes. lib. 9. c. 21. An-*

A 3

geli

geli nullam omnino possunt creare naturam. Et ibid. c. 22. *Creare naturam in se nullus Angelus potest, quam nec creare seipsum.* Item Damasc. c. 18. *Qui dicunt Angelos esse creatores aliquid nature, sunt omnes filii patris sui diaboli.* Item August. 12. de civit. cap. 24. loquens de Angelis; *Tam nec eos dicimus creatores animalium, quam nec agricolas frugum.* Item 3. Trin. 9. & 14. *Ita non possunt dicere Angelos creatores fuisse, sicut nec possunt dicere homines esse generum creatores.* Et post cap. 10. vel cap. 16. *Non est creator, nisi qui principaliter ista formabat, penes autem primus in eis omnium que sunt mensura, numeri, & pondere.*

In illa questione (a) Theologi communiter tenent partem negativam, & ad hoc ponunt rationes ad præsens utantur. Prima sumitur ex parte terminati creationis, quæ talis est: Efficus universaliores oportet in causis universaliores reducere: sed inter omnes effectus universalissimus est ipsum esse, ergo est proprius effectus causæ universalissimæ. Unde dicitur in *lib. de causis*, quod nec intelligentia, nec anima rationalis dat esse, nisi inquantum operatur operatione divina. Ex hoc ulterius cum producere esse absolute, (non inquantum hoc, vel illud) pertinet ad rationem creationis; ergo sequitur, quod creatio est propria actio Dei. Et additur, quod nec creatio potest competere creaturæ ministerialiter, vel instrumentaliter. Cuius ratio est, quia causa instrumentaliter non participat actionem causæ superioris, nisi per aliquid sibi proprium operetur ad effectum proprium principis agentis. Probatio, quia si nihil ageret secundum aliquid sibi proprium, frustra adhiberetur ad agendum, nec oportere esse determinata instrumenta determinatarum actionum; quia a que postea principale agens in actionem suam indifferenter per quodcumque instrumentum. Hoc declaratur per exemplum de securi, quæ per formam sibi propriam dividit, & scindit ligna, quæ est dispositio immediata ad formam scamini quam intendit principale agens; sed sic non potest esse in creatione, quia creatio non est ex aliquo præsupposito, quod possit disponi per actionem agentis instrumentalis, quia esse absolute quod est effectus proprius Dei creatis instrumentaliter omnibus aliis. Secunda ratio principalis sumitur ex distantia terminorum, & est talis: super distantiam infinitam est distantia terminorum; sed inter terminos creationis a quo, & ad quem, puta nihil & ens, est distantia infinita: ergo &c. Probatio majoris, quia quanto distantia est major, tanto transitus est difficilior, & majoris virtutem requirit in agente, quia videmus universaliter, quod quanto potentia plus distat ab actu, tanto requiritur major potentia in agente ad reducendum ad actum. Probatio minoris, quia omni distantia finita contingit intelligere majorem: sed nulla maior potest intelligi, quam illa quæ est inter nihil, & ens. Et confirmatur etiam hæc minor, quia inter quæcumque contradictoria est distantia æqualis: ergo est æqualis distantia inter nihil & aliquid, & inter Deum & non

a *Tho. 2o p. sum. q. 45o art. 5. 2. p. 2. p. 3. p. 5. p. 6. p. 7. p. 8. p. 9. p. 10. p. 11. p. 12. p. 13. p. 14. p. 15. p. 16. p. 17. p. 18. p. 19. p. 20. p. 21. p. 22. p. 23. p. 24. p. 25. p. 26. p. 27. p. 28. p. 29. p. 30. p. 31. p. 32. p. 33. p. 34. p. 35. p. 36. p. 37. p. 38. p. 39. p. 40. p. 41. p. 42. p. 43. p. 44. p. 45. p. 46. p. 47. p. 48. p. 49. p. 50. p. 51. p. 52. p. 53. p. 54. p. 55. p. 56. p. 57. p. 58. p. 59. p. 60. p. 61. p. 62. p. 63. p. 64. p. 65. p. 66. p. 67. p. 68. p. 69. p. 70. p. 71. p. 72. p. 73. p. 74. p. 75. p. 76. p. 77. p. 78. p. 79. p. 80. p. 81. p. 82. p. 83. p. 84. p. 85. p. 86. p. 87. p. 88. p. 89. p. 90. p. 91. p. 92. p. 93. p. 94. p. 95. p. 96. p. 97. p. 98. p. 99. p. 100.*

### Questio Prima.

& non Deum; sed inter Deum, & non Deum est distantia infinita: ergo inter alia. Item, aliter confirmatur minor, quia æqualis est distantia inter duo contradictoria, & inter omnia; sed inter totum ens & parum nihil est infinita distantia, eodem modo possibile est sub ente creabili contineri infinitas inquantum quod super illam non potest, nisi virtus infinita: ergo æqualis est inter inferum & non inferum, sive inter quodcumque creabile & eius negationem. Ex illo medio loquitur (a) ratio ad conclusionem aliter sic. Non est aliquid proportio nullius potentie ad aliquam potentiam, sicut nec non entis ad ens, ergo nec est aliqua proportio distantie quæ est inter potentiam & actum ad illam quæ est inter nullam potentiam & actum: ergo non erit proportio virtutis, quæ potest super inferum distantiam, ad virtutem quæ potest super illam: ergo est infinita, quia omni finito potest finitum quodlibet proportionari. Tertia ratio sumitur ex ordine causarum agentium (b), & est talis. Agens inferius præsupponit in agendo effectum superioris agentis, patet inductive, quia, ars præsupponit effectum nature circa quem agit, & natura aliquid potentiale scilicet materiam, quæ est effectus primi agentis. Si hoc requirit universaliter ardo agentium, & non potest esse aliquid agentis creatum qui subordinatur Deo in agendo: (c) ergo necessario in agendo præsupponit effectum Dei, & per consequens non potest agere nullo præsupposito; ergo nec creare. Quarta ratio sumitur ex potentialitate agentis creati, & est talis. Nullus agens creatum est purus actus, & vice purum esse: ergo nec actus ejus est actus purus, sed aliquid potentialitatis habens: talis autem non est sine motu & mutatione; ergo nullum agens creatum potest agere fine motu & mutatione; ergo nec creare, quia creare est de nihilo, motum autem in subiecto est.

Sed istæ rationes non videntur necessario concludere. Prima non consistit enim in his duabus propositionibus: esse simpliciter est proprius effectus Dei, & esse simpliciter est proprius terminus creationis. Prima videtur esse falsa, quia a quocumque efficiente generatur compositum, ab eodem effective est esse compositi: sed aliquid compositum generatur a causa aliqua creata, nisi tollatur omnis actio creaturæ, ergo &c. Probatio majoris, tum, quia secundum Philosophum generatio est ad esse: tum per rationem, quia a quocumque generatur compositum (d) per ejus actionem forma est in materia, formam autem esse in materia, est compositum habere esse, quia in materia, aut ergo esse sequitur naturaliter ipsum compositum, quod est terminus generationis, aut præcedet naturaliter, si præcedat ergo prius est esse compositi, quam ipsum compositum, quod non est intelligibile: si sequatur; ergo sine contradictione potest compositum produ-

A 4

a *D. Th. 1. par. sum. q. 45o art. 5. in sol. 2. arg. 6. 2. p. 2. p. 3. p. 4. p. 5. p. 6. p. 7. p. 8. p. 9. p. 10. p. 11. p. 12. p. 13. p. 14. p. 15. p. 16. p. 17. p. 18. p. 19. p. 20. p. 21. p. 22. p. 23. p. 24. p. 25. p. 26. p. 27. p. 28. p. 29. p. 30. p. 31. p. 32. p. 33. p. 34. p. 35. p. 36. p. 37. p. 38. p. 39. p. 40. p. 41. p. 42. p. 43. p. 44. p. 45. p. 46. p. 47. p. 48. p. 49. p. 50. p. 51. p. 52. p. 53. p. 54. p. 55. p. 56. p. 57. p. 58. p. 59. p. 60. p. 61. p. 62. p. 63. p. 64. p. 65. p. 66. p. 67. p. 68. p. 69. p. 70. p. 71. p. 72. p. 73. p. 74. p. 75. p. 76. p. 77. p. 78. p. 79. p. 80. p. 81. p. 82. p. 83. p. 84. p. 85. p. 86. p. 87. p. 88. p. 89. p. 90. p. 91. p. 92. p. 93. p. 94. p. 95. p. 96. p. 97. p. 98. p. 99. p. 100.*

ei ab agente absque hoc, quod Deus daret illi composito productum esse; immo simpliciter posset Deus non dare esse illi composito productum, cum non erat ex se, nisi contingeret. Nec valet fingere, quod esse non est a generante compositum, & tamen necessario concomitatur ipsum, quia non concomitatur, ut terminus actionis generantis, per te. Si ergo ut terminus agentis primi, & non præcedens compositum; ergo sequens, & ita in contradictione potest non sequi. Item, probationes illius propositionis improbate nunc, non valent. Nam ratio ad hoc adducta, peccat secundum æquivocationem, vel altera præmissarum est falsa, dupliciter enim potest intelligi causa universalior, scilicet secundum virtutem, seu perfectionem, vel secundum prædicationem. Et si militer effectus potest dici universalior dupliciter scilicet prædicatione, & virtute, seu perfectione. Universalis (a) prædicatione dicitur illud, cuius ratio dicitur de pluribus: universalis autem prædicatione, cuius peritio est major in se & perfectionem plurimum contentivam. Si ergo in majori sumatur uniformiter universalis ex parte causæ & effectus, concedo maiorem, quia communior effectus potest reduci in causam communioris, & peritior effectus requirit causam peritioris, (si potest esse causa peritior.) Sed si accipiatur in majori utrobique *universalis* perfectione, æquivocatio est, vel minor est falsa. Minor enim non est vera, nisi de universalis secundum prædicationem patet. Non enim potest esse peritior effectus, quia quoad includitur in multis, non potest esse peritioris quotcumque illicum, in quo includitur: sequitur ergo conclusio quod reducitur in causam universalissimam, prædicatione. Sed tunc ultra, Deus est huiusmodi falsa est; immo est causa universalissima perfectione. Ens autem est causa universalissima prædicatione, & tunc non potest concludi nisi quod esse non potest esse effectus, nisi entis, & hoc concedo. Si ergo sumatur utrobique *universalis* in majori, pro universaliori secundum perfectionem, major est vera, & minor falsa, ut patet ex dictis, immo effectus sic universalissimus est nobilissimum ex parte. Si vero in majori accipiatur disformiter ratio universalis ex parte causæ & effectus, puta ex parte effectus pro universaliori prædicatione, & ex parte causæ *universalis* secundum perfectionem major est falsa, nam effectus universalissimus prædicatione potest esse causa imperfecta, quia salvatur in pluribus effectibus imperfectis. Alia probatio, quæ adducitur per autorem de causis concludit oppositum: nam non negat absolute ab intelligentia dari esse alicui, immo magis affirmat, quia dicit quod non competit sibi dare esse, nisi inquantum operatur operatione divina. Si etiam adducatur ad oppositum illud de Causis propositione quædam *primum verum creaturarium est esse*, non concludit, quod esse sit præcise terminus creationis, quia secundum aliquid sibi sumit esse pro prima Intellectoria proxima Deo: vel ibi accipit

a. P. per hanc particulam solum in arg. de non. ne qui est nobilissimus effectus, & de Angelo & de anima supposito sicut est mens Doctor, in d. 28. quæ dicitur creaturam Intellectivam.

incipit creatio extendendo ad primam productionem (a) secundum rationem, & primitas entis sumitur secundum distinctionem rationum formalium in effectus, & secundum originem, non secundum perfectionem, ut fit scilicet quod eo modo quo esse in effectu distinguitur a perfectionibus essentialibus, ipsum est terminus primæ productionis secundum rationem. Hoc dicitur confirmando illam rationem de causa & effectu universaliori, quod debet intelligi de effectu universaliori per prædicationem, & hoc, inquantum huiusmodi. Nunquam enim effectus universalior prædicatione (inquantum huiusmodi) potest esse nisi a causa universaliori secundum perfectionem, licet enim homo possit esse ab homine, non tamen inquantum homo potest esse nisi a causa peritioris tota specie hominis: ergo a simili, esse inquantum huiusmodi, non potest esse nisi a causa universaliori secundum perfectionem toto esse creabili: esse ergo, inquantum huiusmodi est terminus creationis, unde prius dictum est, quod esse non inquantum hoc, vel tale, sed simpliciter est terminus creationis. Ista confirmatio non valet. Hanc enim rationem positio Doctoris ille, cuius est, in illa questione utrum solus Deus sit creator supponit enim quod non intendit querere, utrum solus Deus fit creator omne creabile, quia tunc ista questio includeret, an aliquid aliud a Deo possit creare seipsum, de quo nullus unquam dubitavit potuit secundum Aug. 1. de Trinitate, c. 1. ergo intendit (b) querere aliquam questionem dubitabilem, scilicet, An aliquid aliud a Deo possit creare, solum aliquid inferius se, & sic intellecta questione tenet partem negativam prædicationem rationem istam positam. Accipitur ergo maior secundum expositionem istam: effectus universalissimus prædicatione, inquantum huiusmodi, est a causa universaliori secundum perfectionem: esse est huiusmodi: sequitur ista conclusio: ergo esse, inquantum huiusmodi, vel (ut plus, detur eis ad propositum) ergo esse creabile inquantum huiusmodi non potest esse nisi a causa universaliori secundum perfectionem, toto esse creabili: ex hoc non sequitur, ergo nec esse huiusmodi creabile potest esse, nisi a causa tali. Patet enim, quod in illa illatione est fallacia consequentis: ergo secundum istam expositionem primæ rationis, vel questio nulla est: vel si dubitabilis, & tenetur parti negativæ propter rationem sic intellectam, ratio erit sophistica secundum consequens. Quod si dicitur, est considerate in isto producto esse huius, & esse simpliciter, & secundo modo effectus Dei, vel causæ universalissimæ secundum perfectionem: primo autem modo est effectus causæ particularis. Hoc non solvit, quia esse simpliciter in isto, & esse huius, non sic distinguitur, quod ab alia causa possit esse huius, quin ab eadem sit esse simpliciter, quod est in isto; quia five sit distinctio rationis in intellectu, vel qualiter-tuncque, quod dicitur esse huius, dat sibi esse simpliciter quod est in isto. Quod etiam additur de instrumento, dico quod maior potest bene

a. Th. ubi sup. solut. 1. arg. Quære Gossy. c. 2. sequatur Thom. b. 2. de anima 1. cap. 47. habetur idem.

henc, vel male intelligi; non enim debet intelligi quod instrumentum habeat actionem propriam, sed quod per aliquid sibi proprium agit, & ad hoc adducit probationes suas, quae possunt concedi; nec tamen per illud proprium agit, nisi in virtute principalis agentis, quia in quacunque actione, quam habet, non in virtute principalis agentis, in illa non est instrumentum, sed principale agens: accipit ergo quod instrumentum agit dispositivè. Quod si intelligatur universaliter, falsum est, nam possibile est secundum ipsum alibi, instrumentum attingere effectum principalis agentis, & patet in multis artibus artis in seculis, quandoque per instrumentum inducitur terminus principaliter intentum: sicut monetarius per instrumentum inducit formam in monetam, & sigillatur in ceram: nec unquam oportet instrumentum ad effectum principalem disponere, nisi sit instrumentum in actione, quae disponit ad effectum illum, quod non est universaliter necessarium, sed solum quando sunt plures actiones ordinatae, quarum una ad aliam disponit. Absolute autem potest esse instrumentum in principali actione, licet non concurrat in aliqua alia precedente. Non potest ergo major suam habere veritatem, nisi sic intellecta, quod instrumentum per aliquid sibi proprium causat dispositionem ad terminum principalem, quando non potest virtute principalis agentis attingere ad illum terminum principalem; & tunc oportet supponere in minori, quod creatura non possit in virtute Dei attingere terminum creationis: quae minor non est probata, nisi per rationem illam primum de esse, de qua jam visum est, quod ipsa non concludit. Nec illud exemplum de securi, vel probationes illae aliae, quae adducuntur ad hoc, quod instrumentum habeat aliquid proprium per quod agit, probant universaliter, quod instrumentum agit dispositivè. Ideo enim prae se securis agit dispositivè ad arcem, quia est instrumentum in incisione lignorum, quae incisio praecedit inductionem formae: si autem artix esset securi, vel alio instrumento in principali actione; non oporteret, quod instrumentum illud, insipientem est instrumentum ad formam arcis, haberet aliquam actionem dispositivam. Ex talibus ergo exemplis, ubi accipit quod instrumentum disponit ad terminum principalem, non potest inferri hoc universaliter de instrumento, nisi fiat fallacia consequens; sed nisi accipiat universaliter non potest removeri a creatura ratio creationis, nam ex majori particulari in secunda figura nihil sequitur propter fallaciam consequens.

Ratio secunda principalis non videtur concludere, quia quando extrema sit immediata, tanta prae se est eorum distantia, quantum est extremum altitum majus. Patet in simili, quia tanta est distantia Dei a creatura, etiam suprema possibili ore, quantum est Deus: & ideo si ponetur suprema creatura possibilis, adhuc Deus distaret ab illa in infinitum, quia est infinitus. Patet etiam per exemplum in opposita: in quantitatibus enim est distantia propter aliquod medium interspaciens, & ideo secundum quantitatem spatii interspaciens est distantia illa quanta: ergo per oppositum, ubi non est medium inter-

spaciens, distantia non erit quanta, nisi secundum quantitatem alterius extremi. Hoc etiam patet ratione, quia nihil aliud est distantia hic, nisi excessus unius super alterum: quando autem excedens est immediatum excessu, quantitas excessus erit secundum quantitatem excedentis. Supposita ergo majori, sequitur, quod cum affirmatio aliqua entis creabilis sit finita, quod distantia hujus affirmationis ad negationem sit finita. Patet etiam quod ista distantia sit immediata, quia per Phil. 3. Postea. *Contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se.* Quod si fingas infinitatem ex parte nihil, hoc nihil est, quia nihil non distat ab aliquo, nisi deficiendo; non plus autem deficit nihil ab ente, quam ens illud ponat. Hoc etiam patet, quia comparatum nihil ad nihil, nulla est distantia. Sic ergo minor secunde rationis falsa est, intelligendo distantiam infinitam positive hoc est in infinitum excedentem omnem finitam distantiam, & sic oportet intelligere distantiam infinitam in majori, ad hoc quod ipsa sit vera (a): non enim potest aliter concludi infinitas virtutis agentis, quae potest super illam distantiam. Praeterea, minor improbat sic, quia in una contradictoria est major contradictio, quam in alia: quia plus distat Deus a non Deo, quam anima a non anima; quia nulla virtus potest facere de non Deo Deum, nec e converso: aliqua autem potest facere de non anima animam. Si autem quilibet esset infinita, nulla posset esse major, quia infinitum non potest excedi. Praeterea, illa virtus potest super distantiam quae potest super totum terminum ad quem illius distantia; quia termino ad quem posito destruit terminus a quo per terminum ad quem succedentem; sed terminus ad quem creationis est finitus: ergo non potest concludi ex hoc, (b) quia super ipsum possit virtus finita: ergo & super distantiam. Praeterea, s. Phil. Generatio naturalis est inter privationem, & formam: sed privato includit negationem, licet in subiecto, & per consequens, quando transitur de privatione ad formam, transitur a negatione ad affirmationem. Sed patet, quod illa generatio naturalis est per virtutem creatam; ergo illa distantia non obstat. Qualiter ergo salvabitur dictum commune: quod inter contradictoria est distantia infinita? Respondeo, simpliciter falsum est, accipiendo infinitum pro excedente simpliciter quantumcumque finitum in infinitum. Sed alio modo infinitum potest accipi pro indeterminate, & sic verum est; nulla enim distantia est ita parva, quae sufficiat ad contradictionem; quantumcumque enim modicum aliquid recedat ab uno contradictoriorum, statim est sub altero: nec est distantia aliqua tam magna etiam si posset esse in infinitum major maxima; quia ad illam, & ejus extrema se extendat contradictio: & isto modo accipiendo infinitum in majori, minor est falsa. Ad probationes ergo minoris. Ad primam cum dicitur quod non contingit intelligere majorem ista, dico quod falsum est positive; verum est autem permittive. Hoc est dictum, quod aliqua distantia ponit majorem remotionem,

tionem, quam ista, & una contradictio, quam alia: sed ista permittit, quae quaeque maximum, quia in maxima saluatur. Exemplum, plus perfectionis ponit animus intensius quam animal, tamen animal plus permittit, siue saluari potest in aliquo perfectionis, quam sit animus, quia in homine, & quod sic est maximum, scilicet permittit, non est formaliter maximum. Ad aliam probationem, de quibusdamque contradictoriis, dico quod licet quaequeque contradictoria sint aequae incompossibilia inter se, non tamen aequae distantia, plus enim distat Deus a non Deo, quam album a non albo, sicut procedit prima ratio, quia extremum positivum est majus in comparatione ad negationem. Per idem patet ad aliam probationem, quod totum ens creatum plus excedit nihil, quam anima excedit non animam, si, cur totum ens creabile in se est perfectius, quam anima: tamen aequae incompossibilia est non anima cum anima, sicut nihil cum toto ente, sed hoc non arguit propositum. Ad rationem iuxta hoc factam de improportione nullius potentiae ad aliam potentiam, concedo quod distantia nullius potentiae ad actum non habet proportionem aliquam ad illam, quae est alicujus potentiae ad actum; sed hoc est, quia una est distantia positiva inter extrema positiva existens: alia autem non est positiva, quia ejus alterum extremum est nihil: positivi autem ad non positivum nulla est proportio, quae nec entis ad nihil. Sed ex ista improportione non sequitur, quod virtus quae potest super illam, sit improportionabilis virtuti, quae potest super illam, quia positivum est improportionabile alteri positivo, nisi propter inmutatam in altero: in alio autem distantis fuit improportio, non quia licet inmutatitas in altero, sed quia altera non habuit aliquam quantitatem, secundum quam potuit proportionari. Exemplum hujus, punctus est improportionabilis lineae, quia non quantitas: ergo virtus quae potest super hoc est improportionata virtuti, quae potest super illud, non sequitur, & non virtus a virtus natae sunt habere quantitatem virtutis, & per consequens proportionem secundum virtutem, nisi altera sit infinita. Ex alia autem parte est defectus proportionis propter defectum quantitatis in alio extremo.

Tertia ratio principalis non concludit, quia aut intelligitur in majori, quod agens secundum unum praesupponit effectum primi agentis, ut passum in quod agat, & tunc petit praesupponit, scilicet quod omne agens aliud a Deo agit in passum praesupponit. Aut intelligitur absolute quod scilicet absolute praesupponat effectum primi agentis, quod concedo, quia scilicet praesupponit seipsum, sicut agere praesupponit esse, & ipsum est effectus primi agentis. Ad illam introductionem, quae videtur probare minorem secundum primum intellectum, dico quod ars, si potest in aliquum formam, non tamen nisi in accidentalem tantum: accidentalis autem necessario requirit substantiam pro subiecto, non sequitur ergo, quod artifex (quia est agens subordinatum) requirit vel praesupponat effectum naturae, ut passum suum; sed quia agit ad talem terminum, qui requirit substantiam, in quam substantiam producendam non potest ars. Quod au-

tem hoc non sit ex ordine agentium, patet manifeste, quia natura in actione sua praesupponit effectum naturae, ut passum, sicut in alteratione praesupponit substantiam: est ergo causa communis ex parte naturae & artis in praesupponendo substantiam, quando scilicet agunt ad accidentem, quod non potest produci nisi in substantia. Si autem aliqua substantia corporea esset immediate producta a Deo absque actione naturae, nihilominus posset ars circa istud passum agere, si esset capax termini artis, ac si effectus naturae praecessisset in eo. Similiter patet, quod ratio ex illo ordine agentium non valet distinguendo plures ordines agentium: nam in ordine agentium naturaliter, potest inventi agens materiale, non tamen est interior, & agens immateriale, quae est superius: non quod sequitur, quod agens materiale praesupponat effectum agentis immaterialis creati: nec sequitur, si materiale praesupponat effectum Dei immediate in quod agat: ergo agens immateriale quod est superius, nihil praesupponit.

Quarta ratio non concludit, quia illa potentialitas, quae est communis creaturae, siue intelligitur obiectiva respectu esse creaturae, siue intelligitur subjectiva ad recipiendum sicut potentia, vel ad inherendum sicut forma, vel actus, non sufficit ad instandum, quod actio ejus sit cum motu, vel mutatione: (A) sed quod actio illa, si est immanens, habet potentialitatem illam predictam, vel utramque. Si etiam est transiens, eo modo quo est in illo, in quod transit, ut in termino, habet potentiam instandi alteram, vel utramque, nec propter hoc est alius fluxus, vel rapitum transiens, sic motus, vel mutatio.

Pro parte opposita quaestiones, (b) videtur esse opinio Avicennae qui concedit creaturam posse creare, ut patet 9. Met. c. 4. ubi ponit intelligentiam secundam esse causam productivam tertiae, & tertiam quartae, & sic deinceps. Illa autem intelligentia secunda, vel tertio producta, creatura est, & productio utriusque creatio est, eo modo quo ipse loquitur de creatione, & creatura 6. Metaph. prout scilicet creatio est productio de nihilo, idest post nihil, non ordine durationis, sed naturae, prout ipse exponit *ibid.* vel de nihilo, idest, non de aliquo ipsius producti scilicet praesupposito. Hoc modo ponit ipse secundam intelligentiam productam a Deo, & tertiam a secundam, nullo praesupposito, & post non esse, ordine naturae, licet non durationis, quia non ponit novitatem. Ratio pro eo potest talis colligi, a causa omnino non erit ratio, quare esset distinctio in effectu. Probatio, quia aliter non erit ratio, quare esset distinctio in effectu. Quare enim illud productum est aliud ab illo, si causa omnino est una hujus, & illius? Sed primum, est omnino unum in se: ergo cum intelligitur sint plures non erunt immediate ab uno; ergo una est ab altera. Et si Aristoteles hic concordaret cum ipso in illis duabus propositionibus, scilicet intelligentia est producta, idest, ens ab alio,

a Sic in originali Dost.

b Vide Var. in 2. q. 1. & Henr. quod. 1. q. 7. & 8.

lio, licet sine novitate: & non potest ab omnino simplici immediate esse, nisi unum haberet concordare secum in conclusione. Pro hac etiam opinione potest sic argui, quia 1. Met. dicit Philosophus (a), *Perfectum est unumquodque cum potest producere sibi simile*. Sed intelligentia sunt longe perfectiores substantiis corporalibus: ergo cum corpus possit producere corpus, multo magis intelligentia potest producere intelligentiam. Sed intelligentia non potest produci nisi creatione, cum non habeat materiam partem sui: ergo &c.

Contra istam opinionem arguitur sic: Participans aliquam naturam non producit sibi simile secundum illam, nisi applicando illam ad aliud (non enim potest esse homo causa naturae humanae absolute, quia sic esset causa sui, sed est causa, quod natura humana fit in hoc homine generato, & sic presupponit materiam, per quam est hic homo) quodcumque autem creatum participat naturam essendi, quia solus Deus est *sum esse*: ergo nullum creatum potest producere aliquid ens, nisi praeintelligat aliquid actioni suae, per quod productum fit hoc: tale autem non potest intelligi in substantia immateriali, quia ipsa est *hoc*, per formam suam, per quam habet esse: ergo substantia immaterialis non potest producere aliam substantiam immaterialem, quantum ad simpliciter esse eius. Hinc ratio aliquoties improbat alibi, presupponit unum, scilicet quod non fit *hic homo*, nisi per materiam: aliud quod Angelus per suam formam sic *hic*. Similiter quando accipit in majori, quod participans aliquam naturam non potest producere &c. (b) Aut hoc est idem, quia necesse est illam naturam participari a producto: & ex hoc quod participatur ab eo, oportet aliquid presupponi, cui applicatur, & tunc sequeretur quod Deus non posset creare Angelum: tum, quia Angelus ille participaret esse, & per consequens oporteret presupponere aliquid, cui applicaretur esse, quod est contra rationem creationis: tum, quia (ut declarat probatio majoris) per illud presuppositum oporteret productum esse *hoc*: sed per eos Angelus non potest esse *hic* per aliquid presuppositum, quia per formam suam est *hic*. Non ergo potest major esse verba propter hoc, quod natura illa communicanda participatur a producto. Si vero dicatur major esse *communis*, quod agens communicans naturam participat eam, haec non potest esse ratio, quia in ipso agente non presupponitur aliquid ipse esse: tunc enim ipsum producens non posset creati: ergo nec oportet in illo, quod assumitur productum esse, aliquid tale presupponi. Item, aut esse participatur tantquam actus aliquis alius ab essentia posteriori: aut tantquam idem ipsi essentiae, sive primus actus rei. Si primo modo, non probatur productum non posse creati, quia est esse presupponat in quo recipiatur, tamen essentia nihil presupponit: Sicut licet participans esse non creetur secundum esse, non probatur quin posset creati secundum essentiam, quae presupponitur.

Si

a In pro. 4. Met. ad fi. 7. etiam ph. 3. de Anima habetur idem. D. Th. 1. p. sum. q. 45. art. 5. b Secundum dist. 3. q. 7.

Si secundo modo, minus habetur propositum, quin esse possit creati, & ita a participante ipsum, sicut ab alio: quia in illis inferioribus quodlibet individuum participat naturam speciei: & tamen illa natura potest esse in uno singulari primus terminus productionis, & in alio singulari principium producendi. Si autem ibi presupponatur materia, hoc non est propter naturam illam participatam, sed quia forma illa, quae est pars naturae participatae est forma materialis.

Ista ergo ratione praetermissa, sic arguo contra Avicen. ex tribus propositionibus, quarum prima est: *Nunquam actus accidentaliter necessario requiritur in creatis substantiam, tanquam prior necessario ipso termino creationis*. Secunda est ista: *Intellectio Angelus est sibi accidentaliter*: ex quibus sequitur quod intellectio non necessario requiritur in Angelo producens substantiam creatandam: Tertia propositio est ista: *Ad quodcumque producendum ab Angelo extra Angelum, necessario requiritur intellectio Angelus, tanquam praevia*; & sequitur principale intentum, scilicet quod nulla substantia potest creati ab Angelo. Prima propositio probatur, quia ille actus necessario praevius termino creationis, aut requiritur tanquam actus productivus termini; aut tanquam formale principium productivum termini. Exemplum primi; elefatio respectu caloris geniti in leno. Exemplum secundi; calor in igne respectu calefactionis ligni. Non requiritur primo modo, quia actus productivus actus, & actus formalis producti, sunt in eodem; ergo ad producendum aliquid extra, non requiritur actus immanens agenti, tanquam actus productivus. Nec secundo modo, quia actus accidentaliter non potest esse formale principium producendi substantiam. Tum, quia accidens necessario requirit potentiam receptivam in essendo: omnis autem forma requirit potentiam passivam in agendo, aliquam forma terminans actionem esse absolutiorem a materia, quam forma principians actum, quod est inconveniens, quia absolutio a materia perfectionem arguit: sed formalis terminus actionis, non potest esse perfectior formali principio agendi. Tum, quia accidens est imperfectius, quam substantia. 7. *Metaph.* (a) Nihil autem est formale principium producendi aliquid perfectius seipso: si enim univoce producat, est aequi perfectum. Si aequivoce, oportet quod sit perfectius. Sed nunquam imperfectius producere potest perfectius se. Respondetur hic, quod accidens in virtute substantiae potest esse principium producendi substantiam, tanquam instrumentum substantiae, licet non possit in propria virtute. Exemplum de calore, qui est instrumentum animae in generando carnem. 2. de Anima (b). Contra hoc arguo sic: Omne instrumentum, vel agens in virtute alterius, aut attingit effectum principalem, vel disponit ad principalem terminum: sed in proposito neutrum potest dari, non enim potest accidens attingere effectum principalem agentis, vel producens creatis substantiam, quia si principale agens

effect

est agens univocum, (a) tunc non necessario requirere aliquid agens modium inter formam suam & effectum: agens autem æquivo- cum est æffectus univo: ergo non necessario requirit tale medium, & per consequens non habet instrumentum, per quod attingat terminum. Nec pot. illi accidens (se tanquam dispositio prævia, quia nihil præsupponit creationi, quod disponat. Consi. mater illud, quia ubi accidentia sunt instrumenta substantiæ generantis, non attingunt terminum principalem, sed tantum quantum dispositionem præviam, ut patet de qualitatibus alterativis elementorum, quæ non attingunt formam substantialem; alioquin qualitas esset principium activum. Inveniamus in materiam receptivam formæ substantialem, quod est inconveniens, cum non possit recipi nisi in substantiâ composita in essendo. Nec ergo potest agere accidens, nisi in substantiâ composita: & ita non in materiam primam, vel param. Per hoc apparet ad illud quod dicitur, 2. de Anima, de calore. Calor enim dicitur instrumentum animæ in generando carnis animatam, pro quanto est principium alterandi in alteratione prævia ad generationem: non autem quia in instanti generationis attingat formam carnis, tanquam terminum: sicut nec attingit materiam substantialem carnis tanquam passum. Contra istam rationem, insinuat per illud 7. Met. c. 5. *Domus extra quæ a domo in mente* (b); & tamen domus extra habet verius esse domus, quam domus in mente; quia domus in mente habet esse diminutum respectu domus extra, sicut ens cognitum est diminutum ens respectu entis realis, ergo imperficius, si licet habens esse in cognitione potest esse principium producendi perfectius. Et applicetur istud exemplum ad propositum sic; sicut se habet domus in mente ad domum extra, ita se habet Angelus cognitus in cognitione Angeli, ad Angelum extra: sed secundum Philosophum a domo in mente fit domus extra: ergo ab Angelo cognitio in intellectu alterius Angeli, potest fieri Angelus extra: non ergo accidentalitas cognitionis Angelicæ prohibet substantiæ intell. str. creationem. Ad primum dico, quod aliud est loqui de veriori, seu perfectiori illi esse simpliciter: & de veriori seu perfectiori esse huius. Lapis enim in mente divini habet esse simpliciter verius & perfectius, quam lapis extra: quia obiectum ut cognitum dicitur habere illud esse quod habet ipsa cognitio. Unde secundum Aug. super illud Jo. 1. *Quod factum est in ipso, vita erat: Res cognitæ est in verbo vita creatrix*; & hoc ideo, quia cognitio ejus, est realiter vita creatrix, quod enim de cognito dicitur objective, hoc in ipsa cognitione oportet inveniri realiter: lapis tamen in intellectu divino non habet verius esse lapidis, quam lapis extra; alioquin aliquid intrinsecum realiter Deo esset formaliter, & proprie lapis. Ad propositum, domus in intellectu artificiali dicitur habere illud esse quod formaliter habet ipsa cognitio domus; sed ipsa cognitio est simpliciter perfectior, quam forma domus extra, quia cognitio est quædam perfectio naturalis animæ: forma autem domus

extra

extra vel non est realis, vel si est, multo est imperfectior, quam illa cognitio. Sic ergo patet ad argumentum, quia domus extra, dicitur fieri a domo in mente, quia fit a cognitione domus in mente, tanquam a principio formali, & illa cognitio domus est simpliciter perfectior domo extra: ipsa enim domus intra, pro quanto participat esse cognitionis perfectior: est seipsa extra. Et cum dicitur, quod est ens diminutum, & domus extra est ens reale. Dico quod cognitio ejus est ens reale, & perfectius ens quam domus extra: domus etiam in mente participat nobiliter esse reale, quia fit illud esse extra. Et sic intelligendum est illud Aug. 9. de Trinit. to. vel 1. scilicet quod *superius habet nobiliter esse in se, quam in intellectu: e converso autem inferior habet nobiliter esse in intellectu, quam in seipso*. Hoc intelligendum est de illo esse, quod formaliter est ipsius cognitionis, & participative ipsius cognitio. Verum est tamen, quod domus extra habet verius esse domus, quam domus in intellectu cuiusque, sed hoc est esse secundum quid, id est esse tale limitatum: nobiliter autem simpliciter esse habet in intellectu, maxime divino. Ex hoc patet ad illud argumentum a simili. Nego enim illud simile, quia si cognitio domus sit nobilior domo extra, tamen cognitio Angelus in alio Angelo non est nobilior ipso Angelo in se, quia accidens non est nobiliter substantia. Et si arguas quod fit simile, quia obiectum utrobique simili modo se habet ad suam cognitionem, quia natura est esse causa cognitionis sue, ita scilicet domus cognitionis de se, sicut Angelus de se; causa autem (si est æquivoca) perfectior est suo effectui. Similiter domus est mensura intellectus de ipsa, sicut Angelus de ipso: mensura autem est perfectior mensurato, quia mensuratum dependet a mensura. *Metaph.* non e converso. Respondet quod domus non est nata habere rationem obiecti respectu sue cognitionis quantum ad illas condiciones, *causare scilicet notitiam, vel mensurare*; quia intellectus qui movetur ab ente vel quidditate in sensibilibus, non movetur ab artificiali, ut artificiale est; quia sic non est ens, nec habet quid, sed tantum domus est obiectum, quantum ad certam conditionem scilicet *terminare actum*. & ista conditio obiecti non offendit maiorem perfectionem in obiecto quam in actu. Et si querat, quid est obiectum causatum & mensuratum cognitionis domus, vel alterius artificiali? Respondet quod aliquod ens naturale, vel illius entis naturalia ex quibus movetur intellectus ad cognoscendum ordinem, vel figuram, quam artificiale superaddit naturalibus. Angelus autem est omni modo obiectum intellectus de seipso in intellectu alterius Angeli, & ideo potest domus esse a sua cognitione, non sic autem Angelus a suo. Ex hoc patet, quod illud argumentum non valet: Obiectum cognitum habet esse diminutum, obiectum autem extra habet esse simpliciter, & reale; ergo illud intra non potest esse principium producendi cognitum extra: tamen ista ratio bene concludit, si cognitio sit minus nobilis, quam forma extra: ergo cognoscens per illam cognitionem non potest producere cognitum extra.

Tom. II.

B

Sequ-



Secunda propositio principalis superius posita ostenditur sic; quia *lib. 2. d. 3. a* probatur, quod non repugnat intellectui Angeli distincte intelligere quodcumque intelligibile, etiam illi intelligibilia possunt esse infinita, & alterius rationis, etiam adeo disparata, quod nullum cornu est principium cognoscendi alterum. Nam istis positis ex parte intelligibilis non invenitur repugnantia ex parte intellectus, quin possit omnia ista, seu quodlibet illorum distincte, & perfecte intelligere. Sed repugnantia est, quod intellectus Angeli per unicum actum intelligendi distincte intelligat illa, si essent infinita disparata modo prædicto; ergo non repugnat illi intellectui habere intellectum aliam, & aliam realiter, licet repugnet substantie ejus esse aliam, & aliam realiter: ergo non omne intelligere possibile illi intellectu potest esse idem illi substantie: ergo est accidens. Assumpta videtur plana præter illud, scilicet quod unice intellectio non finitæ repugnet, quod ipsa possit esse distincte infinitorum objectorum disparatorum. Hanc probat tripliciter. Primo ex finitate intellectio in se. Secundo ex finitate intellectus angelici. Tertio ex finitate essentie Angeli. Ex primo dupliciter. Primo sic. *Intelligere* unicum, si esset infinitum objectorum disparatorum, includeret in se eminenter perfectiones infinitarum intellectioinum, quæ nata sunt haberi respectu illorum objectorum, non autem posset illa eminenter continere in se, nisi esset infinitum intensive: quod patet, quia ubi ille intellectioes essent secundum proprias rationes, ubi esset infinitas perfectionis alterius rationis, propter objecta, quæ posita sunt infinita disparata: ergo ubi sunt modo eminentiori, ibi oportet quod sit aliqua infinitas, non extensiva, quia illam tollit unitas hujus in quo continetur: ergo intensiva. Secundo sic: Omne *intelligere* finitum determinatur ad certum intelligibile, vel ad aliqua certa intelligibilia, ita quod sibi ex se repugnat, quod sit aliorum ab illis, vel ab illo; sed istud *intelligere* proponitur in Angelo respectu infinitorum intelligibilium disparatorum, si essent, non sic determinaretur, ergo non esset finitum. Secundo probatur ex parte intellectus Angelici sic: Quorum potest esse unum *intelligere*, illa possunt simul intelligi; sed intellectus finitus non potest distincte simul intelligere infinita objecta disparata, quia majoris virtutis est distincte intelligere plura disparata simul, quam pauca: ergo simul intelligere distincte infinita disparata est virtutis infinite intensive. Tertio probatur dupliciter ex parte objecti, sive rationis intelligendi. Primo sic: una intellectio requirit unam rationem intelligendi objectivam formalem, & unum objectum primum; quia si plura sint objecta istius, numerabuntur intellectioes secundum numerum illorum objectorum, sicut mensuratur numeratus mensuris numeratis propter dependentiam adualem: ergo istius intellectiois unice oportet dari eam unum objectum cognitum, & unam rationem intelligendi formalem;

1. *Lib. 1. d. 2. q. 1. & d. 3. e. ipsædem & in quest. 14. & 15.*  
2. *idem quare.*

lem; non potest autem esse aliqua alia, quam essentia Angeli intelligentis: illa enim ut patet in intellectioe sui est primum objectum, & prima ratio intelligendi, & si non tam similiter in intellectioe casualium quæ alterius & dicitur plura prima objecta: ergo oportet concedere plures intellectioes, vel oportet ponere, quod essentia ejus sit primum objectum, & formalis ratio intelligendi quodcumque, quod potest intelligi ab ipso; sed consequens est falsum propter duo. Primo quia aliquod est infinitum illi intelligibile ab ipso intellectu: nullum autem finitum potest esse prima ratio intelligendi infinitum objectum perfecte. Secundo, quia nihil potest esse ratio cognoscendi plura alterius rationis, nisi eminenter continet in se omnia illa secundum cognoscibilitatem, & per consequens secundum entitatem; ergo nihil potest esse principium cognoscendi infinita disparata; si essent, nisi eminenter in se continet illa; erga essentia Angelicum sit finita, non potest esse ratio cognoscendi rationis infinita omnia. Sic ergo supposita tam finitate intellectiois Angelicæ, quam intellectus ejus essentia, & essentia, & hoc est *d. 3. p. 1. q. de unitate Dei*, sequitur quod in Angelo potest esse aliud & aliud *intelligere* realiter, & non nisi unice substantia: ergo ejus *intelligere* non est idem suæ essentia: ergo est accidens. Tertia propositio est concessa ab Avicenna: patet secundum modum ponendi ipsius *ibid. 9. Metaph. c. 4.* & tamen hoc potest declarari, quia natura mere intellectualis nihil producit, nisi intelligendo & volendo, seu per actum intellectus, vel voluntatis, vel alterum, vel utrumque, non curio. Unde etiam persona divina nihil producit ad intra vel extra sine actu intellectus potentiarum: si enim natura, ut est prior intellectu esset principium producendi personam, esset in divinis aliqua persona producta prior Verbo, & sic quatuor. Si etiam ponatur in Angelo aliqua potentia tertia executiva, & alia ab intellectu, & voluntate, hoc non impedit propositum, quia per illam nihil potest produci, nisi in virtute intellectus & voluntatis pro eo, quod omne per se agens agit propter finem, quem cognoscit, vel in quantum dirigitur a cognoscere: & ita omne principium per se activum, quod non est cognitivum, videtur dirigi in actione sua a principio cognitivo, saltem hoc planum est, quod illa tertia potentia, (si esset) esset subordinata in agendo intellectui & voluntati, & sic non posset per ipsam aliquid produci sine actu voluntatis, vel intellectus, & sic ratio. Ad istam tamen propositionem responderetur, quod *intelligere* non est perfectus, quia plurius: nam intellectio collativa lapidis ad lignum non est perfectio cognitione absoluta lapidis, & tamen intellectio illa comparativa lapidis includit intellectioem plurius, quia comparatorum. Hæc responsio supponit falsum, ex cuius improbatione patet propositum nostrum; non enim potest intellectus habere intellectioem comparativam lapidis ad lignum, nisi habeat rationes cognoscendi utrumque objectum: intellectio autem absoluta unius illarum potest haberi per rationem propriam unius solius tamen; ergo intellectio comparativa requirit necessario perfectionem majorem in formalis principio intelli-

gendi, quam intellectus ejus abloquit; effectus autem non majorem perfectionem requirit in causa, nisi in effectu sit major perfectio, saltem in effectibus ejusdem rationis, ergo &c.

Ad rationes pro opin. Avic. Ad primam, illa propositio: A principio omnino uno non possunt esse immediate plura; falsa est, si intelligatur de omnino uno in re. Sufficit enim in agente per intellectum & volentem distinctio cognitorum, sive distinctio cognitio plurimum, ad hoc quod plura immediate producantur ab ipso, & ita sufficit hic, si illa cognitio est substantia cognoscentis, & per consequens non numerata; secus si non est substantia operantis, sed est accidens, & numerata. Ad secundam rationem dicendum, quod propositio Philosophi vera est in illis, ubi non repugnat naturae communicari a simili in specie; sed non quoadtunc perfectum in specie possit communicare naturam: quia ipsa natura non est communicabilis extra, ab aliquo simili in specie. Et si arguas, saltem illa erunt perfectiora, quae possunt communicare suam speciem, quam quae non possunt. Respondeo, quod imo in proposito imperfectiora, quia propter perfectionem naturae est, quod non potest communicari nisi ab agente perfectissimo; & modo communis candi convenienti soli primo agenti: perfectius est autem habere talem naturam sic perfectam, quae propter sui perfectionem non potest produci, nisi ab ipso Deo immediate, quam habere naturam possibilem communicari a natura creata propter sui imperfectionem.

Ad questionem ergo, quia sit difficultas de creare instrumentali-ter, & principaliter; ideo primo sciendum est, quod aliquid agere principaliter potest intelligi dupliciter. Uno modo excludendo omnem causam superiorem agentem, ut sic agere principaliter sit agere independentem a causa superiore agente. Alio modo potest intelligi agere principaliter; id est per formam propriam, & intrinsecam agentis, licet in agendo per eam sit ordinata causa superiori agentis. Si contra causam principalem primo modo dictam distinguatur instrumentum, sic omnis causa secunda potest dici instrumentalis. Si autem contra secundum modum distinguatur instrumentum, tunc illud potest dici instrumentum, quod non habet in se formam activam in suo ordine, etiam dependendo in actione sua ab alio superiore: sed tantum agit per actualem motionem alterius agentis, vel in fieri, quando parec de instrumentis artificis, ut securi, ferri, & hujusmodi: quia si instrumentum ponatur proprie activum ad aliquem terminum, necesse est ipsum habere formam aliquam intrinsecam activam, vel in esse quieto ante omnem motionem alterius agentis, vel in fieri, quando totaliter movetur a superiore agente: si enim neutro modo habet formam activam, nullo modo proprie agit. Cum enim actus primus sit principium actus secundi, quod nullum actum primum habet in se activum in suo ordine, in nullum actum secundum potest in illo ordine; alioquin quolibet posset poni instrumentum respectu cujuslibet, & posset dici, quod Deus per muscam, ut per instrumentum crearet Angelum, quod nihil est: si enim alicui naturae repugnat quod sit

prin-

principium activum aliquid terminum, non est possibile, quod per potentiam quancunque sit principium illarum. Etenim enim posset Deus absolute creare frigus, non tamen posset per calorem, ita quod calor sit in aliquo ordine causa activa respectu frigoris; vel in aliquo alio exemplo, ubi talis esset repugnancia ad agendum. Ex hoc patet, quod instrumentum, si ponatur proprie agere ad effectum, vel habet in se formam activam in esse quieto ante motionem, sicut causa secunda: vel saltem in motione actuali recipit formam activam, qua agit in suo ordine agendi: & hoc vel ad terminum principalem, vel ad aliquam dispositionem pravam, ut sic universaliter sit ista propositio vera. Omne instrumentum quod est proprie activum, vel agit ad aliquam dispositionem pravam terminum principalem, licet in virtute principalis agentis: & hoc sive illa forma in se rursus praecedat motionem, sive tantum in se sibi (a), dum actualiter movetur. Ad propositum patet, quod nihil aliud a Deo potest principaliter agere in quacunque actione, sumendo principaliter primo modo, & hoc planum est secundum Theologos, qui dicunt Deum principaliter agere in omni actione, sed sumendo secundo modo, triplex est modus dicendi.

Unus, quod conel. ista negativa tenetur sola fide propter auctoritates sanctorum: (b) nec potest ratione probari: non enim patet evidenter, quare repugnet creaturae producere aliquem effectum totum & totaliter nullo eius praesupposito, cum quilibet effectus sit imperfectior tali causa agente, & per consequens possit contineri in ea emittenter ac per hoc virtualiter, & active. Hoc patet explicando causas effectus. Nam illud quod est perfectius forma, est etiam perfectius materia, quia forma est perfectior, quam materia. Met. (c) ergo si causa potest habere in virtute sua activam formam, non videtur repugnare perfectioni eius, quod in virtute sua habeat materiam, & sic totum effectum. Si etiam plures Angeli possint esse ejusdem speciei, ut dicitur in secundo libro. (d) non apparet quare Angelus non potest Angelum producere, sicut ignis ignem: nam utrobique productum habet proportionem eandem ad perfectionem producentis.

Alio modo (e) ponitur quod conclusio negativa potest ostendi per rationem, & hoc universaliter de quolibet creatura, quia sic causa materialis, & totalis secundum totum genus suum necessario requiritur in invicem in causando rem in esse; (nunquam enim forma est causa formalis alicujus, nisi materia simul sit causa materialis ejusdem) sic totum genus efficientis causae, quod includit omne efficiens limitatum, habet necessarium concomitantiam cum materia, quantum ad fieri se. Sicut enim forma & materia sunt causa in esse sic efficientis & materia in fieri. Impossibile est ergo aliquod efficiens limitatum agere ad effectum produendum, nisi simul concurrat mat-

B

ter.

a Speculare diligenter. b Var. l. 8. d. 1. g. 6. c. 1. c. g. d. dist. g. 7. c. Land. in 4. d. 1. g. 1. & in quod. g. 1.

teria; quasi principium ex quo requisitum in fieri, in quo recipitur forma; quæ est terminus formalis actionis, & ex qua ut ex parte constituitur compositum, quod est primo productum: Deus autem non requirit in actione sua materiam concomitantem, quia est supra totam in genus cause efficientis, quia est agens illuminatum. Ratio illa, licet et dicitur propter quid consequens (scilicet, limitationem efficientis, quæ determinat ipsam ad requirendum materiam in agendo, tamen illud propter quid non est multum evidens conclusio, ut patet inveniunt.

Ideo dicitur potest tertio modo, quod creatura non potest creare principaliter modo prædicto, scilicet per totam intrinsecam activam respectu termini in suo ordine agendi: & hoc probatur per rationem, sed non communem omni creaturæ, sed per plures de diversis creaturis specialiter, ut sit prima conclusio ista: Nulla natura mere intellectualis creata potest creare substantiam. Hæc fuit proarsa supra in improbando opinione Avicennæ, quia cuilibet talis nature intellectio est accidentis, & nihil potest producere, nisi per actum intelligendi, & volendi; qui non est necessarius præterius, si potest creare substantiam. Nam inter principium activum prædictum in supposito peracto, & substantiam terminantem actionem, non necessario mediat aliquid accidentis, secus autem est de Deo, cuius intellectio & volitio sunt essentialia eius; & ideo per intellectionem, & volitionem potest substantiam producere, creaturæ autem non sic. Secunda conclusio est: Nulla forma materialis potest creari a creatura. Quæ probatur sic: Forma quæ creatur, prius naturaliter est a causa efficiens, quam materiam informantem: forma materialis non potest esse ab aliqua creatura prius naturaliter, quam informantem materiam suam, vel potentiale suam: ergo &c. Probatio majoris, quia si non prius naturaliter, ergo non accipit esse a causa; nisi illa actione qua subiectum informantur; sed illa informatio est mutatio proprie dicta, & ita non creatio. Probatio minoris: Nulla creatura potest formam materialem dare esse absolutum in se; hoc est absque hoc, quod informantem suam potentiale, quia si potest dare esse, potest & illud conservare, ut realiter virtute creature maneret in aliqua duratione talis forma sine materia. Formam autem materialem dico esse omnem illam, quæ ex natura sua necessario inclinatur naturaliter, ut in actus materie, sive sit substantialis, sive accidentalis. Tertia conclusio est: Nulla forma materialis potest esse principium creandi aliquid. Quæ probatur, quia sicut in essendo præsupponit materiam in qua fit, ita in agendo præsupponit materiam in quam agit; alioquin terminis actionis ejus esset absolutior a materia, quam ipsa forma. Ex his concluditur propositum hinc: Nullus Angelus potest substantiam creare (ex prima) nec accidens aliquid, (ex secunda) quia accidens a creatura creari non potest, ergo Angelus non potest creare, nec substantiam materialis potest aliquid creare, quia non potest agere nisi per formam suam (accidentalem, vel substantialem, non curo.) Nam materia, est aliquid quod sic, tamen ita infirmum est, quod non est principium aliquid

jus actionis productivæ. Forma autem materialis non potest aliquid creare, nec per accidens aliquid potest esse principium creandi aliquid ex tertia conclusione: ergo substantia materialis nihil potest creare, ergo nec immaterialis, nec materia potest aliquid creare, nec accidens aliquid potest esse principium creandi, ut dictum est ex tertia. Potest etiam specialiter probari, quia substantia materialis non potest producere materiam, & per consequens nec totum effectum producere nullo præsupposito. (a) Hoc probatur sic, quia quando aliqua secundum totum genus suum habent aliquam ordinem ad invicem, quodlibet minus, habet similem ordinem ad quodlibet aliter. Exemplum, si albedo secundam totam speciem sit prior nigredine, & qualibet qualibet: sed qualibet forma materialis secundum totum genus suum est posterior origine tota materiam suam receptiva: ergo qualibet talis forma est posterior ad quamlibet materiam; sed posteriori origine, vel generatione non est principium producendum modo ibi prius: ergo forma materialis non potest creare materiam. Confirmatur istud, quia forma materialis dependet in essendo a materia: ergo in agendo non potest esse principium producendum aliquid ejusdem rationis cum materia: videtur enim repugnantia, quod in agendo per se dependeat ab aliquo ejusdem rationis cum termino quem producit. Si mixtes de forma substantiali, & qualitate consequente eam, quod illa qualitas sequatur formam substantialem generantem, & tamen aliquo modo est causa forme substantialis ipsius generis: licet ergo forma substantialis, & qualitas propria secundum genus suum habeant ordinem, quia forma substantialis est prior, non tamen qualibet qualibet, immo tantummodo in quocunque eodem, forma substantialis est prior sua qualitate; licet in alio, & alio possit qualitas præcedere formam substantialem. (b) Et confirmatur per istud Philosophi 9. *Metaphysic. cap. 7. de potentia & actu*; ubi vult, quod actus simpliciter præcedit potentiam tempore, & tamen in eodem, potentia præcedit actum tempore. Respondo quod qualibet substantia ejusdem speciei præcedit qualitatem quamlibet, eo modo quo substantia secundum totum genus suum præcedit qualitatem secundum genus suum, scilicet, distinctio, cognitio, & tempore, hoc est separabilitate, quantum ibi se est, & sic tripliciter substantia generis præcedit qualitatem generis tantis, licet non tempore idem temporali, vel actuali duratione extra causam: nec sic intelligit Philosophus, ut supponis. Et cum dicit qualitatem generantis præcedere substantiam generis, ut causa effectum, falsum est; sed solum hujusmodi qualitas est causa qualitatibus disponens ad totam substantialem, & pro tanto dicitur quodammodo esse causa generis, licet hoc sit valde extensio. Auctoritas Philosophi non est ad propositum, quia actus, qui est prior tempore omni potentia; non est aliquid actus materialis, sed impliciter immaterialis, ut patet *ibid. in fine capituli*. Ratio autem procedit d. illo

24, qui posterior est secundum genus suum totum, ipsa potentia  
 receptiva: ideo non valet. Et iterum sum de materia, & conclusio  
 secunda manifestata sunt apud Philosophos, qui posuerunt ordinem  
 secundarum causarum esse simpliciter necessarium, nisi quod forma  
 materialis non potest ab alio agente produci, nisi concurrente mate-  
 ria, tanquam causa necessaria praesupposita termino productionis.  
 Si quaeratur an ex dictis possit haberi propositio de anima intellectiva.  
 Si (a) Respondendo quidquid Philosophi sentierit de ea, in creetur,  
 vel non, tangetur *diff. de resurrect.* sed ex conclusionibus praedictis  
 ostenditur propositum de ipsa: non enim potest creati ab Angelo, patet  
 ex primis: nec a quacunque natura mere intellectuali creata, patet  
 ex primis: nec ab aliqua corporali substantia, sive per totam  
 substantialem, sive per accidentalem: quia ipsa anima est nobilior  
 quacunque forma substantiali, vel accidentali: forma autem ignobili-  
 or non est principium activum ad producendum nobiliorem. Sic  
 patet propositum, scilicet, quod nulla creatura potest principaliter  
 creare. (b) Dico etiam: quod nec instrumentaliter, ita quod sit in-  
 strumentum proprie activum. Quod pro tanto dico, quia forte non  
 omne instrumentum est proprie activum, ut dicitur inferius. Non enim  
 potest esse activum, nisi vel ad dispositionem praeviam, vel ad  
 ipsam terminum: in creatione nihil potest praecedere quod dispo-  
 nitur, non potest autem agere ad terminum, nisi habeat formam activam  
 in suo ordine, quae licet in virtute alterius possit stringere ad ro-  
 gum effectum, & totaliter: talis autem non est aliqua virtus activa  
 alicuius creaturae; ut est supra ostensum. Intelligentium tamen est  
 pro opin. Magistri *diff. 5.* quod si forma accidentaliter creetur (ut  
 ponitur de gratia, & charitate) bene potest aliquod subiectum praede-  
 dere, quod disponat ad illum terminum, sicut hic praecedat anima,  
 & licet in tali subiecto non possit esse aliqua dispositio simpliciter ne-  
 cessitaria, tam non potest esse dispositio necessitaria secundum quid: &  
 hoc est ex divina dispositione, & sic potest exponi Magister, quod  
 Deus potest dare talem potentiam ministro, ut ipse aliquam disposi-  
 tionem causet in anima, quae esset necessitaria ad gratiam, hoc  
 modo, quod Deus disposuisset universaliter sic dispositio dare gratiam.  
 Sic etiam organizatio corporis est dispositio ad animam intellectivam  
 necessitaria: & hae potestas est superior quam aliqua alia, quae sit  
 iam data ministro Ecclesiae: nihil enim operatur minister in anima  
 mediate, vel immediate, ad quod simpliciter necessario conlaturur  
 gratia, sicut in alia parte de animatione. Nec oportet imponere Ma-  
 gistro, quod scilicet Deum possit dare ministro ut ageret ad gratiam  
 stringendo illum effectum, quia minister non est capax istius virtutis  
 activae, ita per gratiam, vel charitatem est anima formaliter ac-  
 cepta Deo acceptatione specialia, tanquam digna vita aeterna: crea-  
 tura autem non potest habere virtutem activam, ut faciat aliquid di-  
 gnum huiusmodi, vel sit acceptum Deo. Hoc etiam patet, quia si-  
 nis,

nis, & efficiens respiciunt se mutuo, ita quod superius agens efficit  
 propter finem ultimum: ergo quod immediate disponit, vel ordi-  
 nat ad finem ultimum, & immedia: est a primo efficiente; huiusmo-  
 di est gratia. Confirmatur, quia si posset esse ab aliquo agente infe-  
 riori, videretur posse esse ad aliquem finem intermedium. Sed ita ra-  
 tionis non multum cogunt. Prima non, quia creatura potest esse  
 formalis ratio talis acceptationis, ut conceditur de charitate: quare  
 ergo non ita effectiva ratio acceptationis? non videtur ratio. Secun-  
 da etiam non valet, quia etiam agens primum non agit nisi prop-  
 ter finem ultimum; tamen non oportet omne agens inicius in quacunque  
 actione agere propter finem intermedium ultimum. Angelus enim si  
 agit actum beatificum, non elicit propter finem intermedium ultimum: ita  
 ergo potest gratia immediate creati propter finem ultimum, & tamen  
 ab agente inferiori.

Ad argumenta principalia. Ad primum dicitur inferius in *diff. 17. q. 1.*  
 Ad secundum dicendum, quod illa est aliqua causa quam potest  
 Augustinus, & manifestatur, sed non praefata. Ad confirmationem dico,  
 quod actiones immanentes habent aliquod passum, quia ipsa sunt po-  
 tentia cui immanens est potentia receptiva earum. Ad rationem de  
 adaequatione dico, quod non arguitur de aequalitate effectus ad cau-  
 sam, quia impossibile est aliquem effectum esse aequale in Deo; sed  
 adaequans potest intelligi tibi secundum proportionem praeviam, hoc  
 est, effectus habens talem proportionem ad causam, qualem nullus  
 alius potest habere, puta, quia proximus possibilis ipsi causae. Si se  
 intelligatur non adaequans in maiori, nego eam. Tantum enim valet  
 ac si diceretur effectus inferior primo possibilis, potest producti a su-  
 premo possibile, quod ideo negandum est, quia aliquis interior non  
 potest totus & totaliter produci, nisi a supremo simpliciter. Ad pro-  
 ductionem maioris, dico quod non secundum totam potentiam suam  
 producit: non enim oportet agens secundum totam virtutem suam  
 producere, quantum potest secundum illam producere, quando est  
 agens libere, non necessitate naturae. Et cum ulterius dicitur, tunc  
 perfectior effectus non manifestaret maiorem perfectionem causae.  
 Concedo, quod quicunque effectus productus totus, & totaliter ma-  
 nifestat aequalem potentiam causae: sed effectus perfectior eminentius  
 manifestat. Exemplum, si ab eodem principio descendunt, multae  
 conclusiones ordinatae, tota virtus principii causa est veritatis con-  
 clusionis cuiuslibet: & tamen una illarum est selecta verior, & emi-  
 nentius manifestat veritatem principii. Ad aliud de *annihilare* dico,  
 quod solius dei est annihilare, quia annihilare non est agere positive,  
 sed non agere, id est non conservare: solius autem dei est conserva-  
 re totam creaturam, & totaliter. & breviter, sicut quilibet crea-  
 tura requirit secum causam conservantem in fieri scilicet principium  
 potentiale, ita super illud non potest destruendo, sicut nec produ-  
 cendo & per consequens necessario aliquid relinquunt, sicut necessario  
 praesupponit. Sicut autem creatio, proprie dicta est productio de  
 nihilo, id est, non de aliquo, quod sit pars primi producti, & re-  
 spicitur.

ceptum formæ inducitur: ita annihilatio est destructio in nihil, utroque modo.

Ad probationem primam de forma naturali patet *distinct. 1. lib. 2.* quia licet nulla pars formæ maneat, major tamen aliquid formæ recepitur, quod fuit aliquid compositum. Ad illam probationem de virtutibus respondeo, quod nulla virtus inuisa potest corrumpi in nobis per aliquem actum nostrum, quam per naturam repugnantis, sed solum per causam demeritoriam. Animi enim peccatis demeretur, quod gratia non conuertitur in ea: & sic in secundo instanti nature propter tale demeritum, quasi præcedens, Deus non conservat gratiam, & sic annihilatur.

Ad probationem illas de amicitia & inimicitia, dico quod per peccatum non est aliquid formaliter inimicis, sed tantummodo demeritoris. Similiter ad illas probationes de fide, & spe, dico, quod fides & spes non corrumpuntur per actum infidelitatis, & desperationis, nisi demeritorie. Et si velle habere aliquid quod corruptur per istos actus, tanquam repugnans formaliter: dico quod illud non est, nisi fides & spes acquisitæ: & bene possibile est per actus nostros induci aliquid repugnans formaliter illis habitibus acquisitis.

Ad ultimum, cum dicitur in virtute, &c. Ad intellectum huius verbi, & illorum quæ dicta sunt de instrumentum intelligendum est, quod nihil potest agere in quo: unque ordine agendi nisi propria virtute. Sicur enim dictum est supra (a) quod nihil habeat formam activam & intrinsecam non potest omnino agere, ita etiam, nisi habeat propriam virtutem intersecam, quia illa forma est virtus. Quod si prius non habuit formam, vel virtutem, & nunc agit in aliquo ordine, oportet quod nunc de novo habeat formam, & virtutem in illo ordine: eadem enim natura manens absque omni mutatione, nullo modo est nunc activa, nunc non activa. Sed tamen agens dependens ab alio, dicitur, agere in virtute alterius, quia virtus agens dependens non sufficit sine illa virtute, a qua dependet. Magis tamen dicitur instrumentum agere in virtute alterius, quam causa secunda: quia plus dependet ab agente superiori illud, quod non habet formam activam in esse quieto, sed tantum recipit in actuali motione, quam illud, quod habet formam activam in esse quieto. Causam etiam secundam, id est, quæ habet formam activam in esse quieto agere in virtute alterius, non est recipere tunc aliquid ab illo altero: sed tantum habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens, in suo ordine simul. Sed instrumentum, id est, recipiens formam activam in motione, agere in virtute alterius, est tunc actuslem accipere formam ab eo, per quem agit. Ex hoc patet quod causa prima in causam secundam proprie dicitur, quando simul agunt, non est influencia nova, quæ sit creatio alioquin inherens causa secundæ: sed influencia ibi est determinatus ordo istarum causarum in

ag. noo

a Vide infra dist. 6. q. 5. solvendo primam principalem.

agenda effectum commutem. Instrumentum autem quando agit recipit influentiam proprie ab eo cuius est instrumentum; quia inordinem actusalem, & in motione formam, per quam agit in suo ordine: (a). Ex his patet intellectus maioris. Bene enim verum est, quod causa secunda, & instrumentum plus potest in virtute alterius, quam propria (supple sola) præcedendæ virtutem alterius: quia virtus ejus propria, est diminuta, & subordinata alterius virtuti, ita quod sine illa altera virtute agente, virtus ejus non potest in effectum: tamen non potest in virtute alterius plus, quam in propria virtute, id est, aliquid ad quod virtus ejus nullo modo se extendit in suo ordine causandi. Nunc autem minor, si accipiat virtutem propriam, præcedendæ virtutem cause superioris, talis est: in nihil enim potest creari sine virtute Dei principalis agentis, ideo non valet.

## QUÆSTIO II.

*Verum hæc sit ratio distinctiva Sacramenti, quam ponit Magister: Sacramentum est invisibilis gratia visibilis forma.*

Quod non videtur, quia distinctio non est nisi ejus, (b) quod est per se unum q. *Metaph.* Sacramentum, non est per se unum, quia secundum Augustinum, super *Joan. hom. 81.* & ponitur 1. q. 1. *De trinitate.* *Accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum:* sed verbum & elementum non ratiocinatur aliquid per se unum, quia unum est per manens, aliud successivum. Secundo, si unum est forma, quæ est altera pars, aut forma exemplaris: sed non primo modo; patet, quia Sacramentum non est pars gratiæ: nec secundo modo, quia exemplatum imitatur exemplar, & participat ipsam: non sic autem gratia Sacramentum. Tertio sic, quia in quibusdam Sacramentis non est nisi verbum tantum, quod non est signum visibile, sed audibile tantum, ut probatur inferius in *Sacramentis Penitentia & Matrimonii:* ergo male dicitur visibile. Quarto sic: unius rei tantum est una distinctio propria: Sacramenti autem assignantur alia distinctio, patet per *M. gregorium in littera, & Hug.* & per illud Augustini de *Lit. c. 5.* *Sacramentum est factum per signum.* Contra Magister in *Trin. c. 5.* de *Consecr. dist. 2.* *Sacramentum.*

Hic primo videndum est, cuius possit esse distinctio, & cuius non. Secundo ex hoc; si Sacramenti possit esse aliqua distinctio. Tertio, si hæc de qua tractatur. Quantum ad primam, notandum est, quod enunciatio quæ sit ens, sive non ens, quod potest concipi & significari, potest esse aliqua ratio nominis, quæ scilicet explicet explicitè & distinctè illud, quod nomen importat implicite, & consue. Et quælibet ratio talis potest dici distinctio, extendendo nomen distinctio-

tionis

a *Doctrina singularis.*  
b *In c. 16. F. inde *Benedicti* c. 107.*

tionis; sed *distinctio* proprie dicta non est nisi ratio verum esse significans, secundum Philosophum 1. Top. (a) & ideo non est quaecumque ratio nominis, sed ratio per quam distincte indicatur verum quid rei. Non est ergo proprie non ens, & hoc five non ens accipitur proprie pro impossibili, quod includit contradictionem: five pro pura negatione, vel privatione, quia non ens non habet quid est. Nec est ratio ejus, quod non est per se unum, ut patet ex 7. Metaph. c. 3. ut arguitur est ante oppositum. Intellego autem per se unum, scilicet quod est simplex; vel compositum quod est ex per se actus, & per se potentia. Nec ista unitas impedit quod distinctum includat aliquid tanquam terminum per se dependentem, ut accidens includit substantiam (b) vel sicut aliquid quod simul est secum natura: ut relativum includit correlativum: sed prohibet, quod nihil includatur tanquam per se pars in ipso, quod non se habeat ad aliud in eodem, si est per se actus, ad per se potentiam, vel pars ejusdem actus, vel ejusdem potentiae ad aliam partem: Nec est tertio entis rationis, quod est tantum ens diminutum, quia proprie quid, sicut & ens, non competit nisi enti reali. Patet 7. & 6. Metaph. Nec intellego hic ens rationis (c), quod est in intellectu objective (quia hic omne universale est in anima) nec illud quod est tantum in intellectu subjective (quia sic intellectio, & scientia sunt in anima, quae tamen sunt formae reales, & in genere qualitatibus) sed intellego ens in anima; tanquam secundo consideratum, non tanquam primo consideratum; ad quod considerandum movetur primo anima a se extra, sed tanquam ens in primo considerato, inquantum consideratum: & tale, ut in summa se dicere, non est nisi relatio rationis, quia nihil habet praecise esse in considerato, ut considerato, nisi comparatio qua consideratum comparatur ad aliud per actum considerantis: ens ergo diminutum, ut hic accipitur universaliter, est ens rationis. Quarto, non est quid expresseibile per definitionem, de quo non potest haberi nisi conceptus simpliciter simplex, quia secundum Philosophum 8. Metaph. cap. 3. *Definitio est ratio longae (d)*; & oportet terminum esse rationem longam experimentem quid, & quale: distincte enim explicat quod definitum importat implicite; ergo oportet quod de definito possint plures conceptus formari, quidditativus scilicet & qualitativus per quos explicatur. Quinto, non est singularis, quia non potest esse ratio omnino experimentem quidditativam ejus, quia illa explicat aliud, quod non pertinet ad quod quid est; ut patet, 2. lib. distincti. 3. q. de Individuatione. Ex his sequitur quod definitio proprie dicta est entis positivi, per se unius, realis, compositi realiter, vel quantum ad conceptus, universalis, & solius talis.

De secundo principi videndum est per ordinem, an aliquod istorum quinque excludat Sacramento habere definitionem proprie dictam, & secundum hoc iste secundus articulus habet quinque. Primum

num non impedit: quod ostendo per conclusiones ordinatas. Primum est ista: Possibile est Deum aliquem effectum invisibilem creare pertinentem ad salutem hominis viatoris. Hanc non oportet probare, quia Theologiae est manifesta ex potentia divina. Secundo dico, quod possibile est Deum imponere aliquod signum ad signandum istum effectum invisibilem. Hoc patet, quia nos possumus imponere signa ad signandum quodcumque invisibile a nobis, Cum autem signum dividatur in rememorativum, quod est praeteritum; & prognosticum; quod est futurum; & demonstrativum, quod est praesens: possibile est Deum instituire quodcumque istorum signorum ad signandum suum effectum. Quod etiam probatur, quia nos possumus quodcumque istorum signorum instituire ad signandum nostrum effectum: sic enim instituta sunt a nobis iuramenta promissiones, & signa hujusmodi obligatoria ad signandum nostrum effectum futurum: vel auctoritas ad signandum effectum praeteritum, vel praesentem. Ultrius suppono, quod possibile est Deum determinare se, & disponere ut cooperetur ad aliquod signum ab eo institutum ad causandum effectum signatum, nisi impeditur indispositio ejus cui adhibetur: Patet, quia licet ellet possibile in nobis, quod aliquis instituens signum effectus sui disponeret se semper cooperari hujusmodi signum, nisi impederet ille cui adhiberetur; parum quis instituit pro signo peccati, vel benevolentiae castum manus, vel elevationem digiti, vel hujusmodi; possit instituenti tale signum determinare se ad semper cooperandum ad effectum signatum, nisi indispositio ejus, cui adhiberetur signum, impediret: tale autem signum, cui instituenti disponit regulariter cooperari, potest dici signum verax, vel certum ad distinctionem signi incerti, vel equivoci, quod aequaliter habet secum signatum concomitantem vel oppositum. Proprie tamen dicitur signum efficax, si adhibito signo, loquitur signatum, ordine naturae & non converso: quia si signum sequeretur signatum suum ordine naturae, esset postea esse signum certum; si non quoniam caret illo signo precedente, non tamen esset efficax, quia nullo modo ejus positio efficaciam haberet respectu signati, sed e converso. Ultimo dico quod est possibile Deum ad signandum effectum praeteritum, & modo praedito, scilicet certitudinaliter & efficaciter, instituire signum aliquod sensibile. Hoc apparet, quia & nos possumus aliquod signum sensibile instituire ad signandum effectum nostrum cum illis conditionibus praeditis. Nec solum: potest institui unum solum signum sensibile, sed etiam sensibile plura sensibilia includens in se, & hoc, vel ejusdem sensus vel diversorum sensuum. Sicut enim ad signandum perfectionem divinam, quae est essentia simplicissima possumus instituire istam orationem, *Deus est infinitus perfectus*, quod constituitur ex multis syllabis audibilibus: ita possumus instituire quod aliquo audibilia, & aliqua visibilia simul signarent conceptum nostrum, puta quod actum benevolentiae signarent aliqua verba certa cum aliquo actu manus, vel oculo. Ex istis sequitur ista conclusio, quod ista ratio totalis non est in se falsa, eo modo quo Philosophus loquitur decoratione in se falsa, 5. Metaphysic. cap.

a cap. 4. b Ut inquit Arist. 8. Met. 1. c. 13.

c 1. c. 14. d Aristot. 1. c. 8. d 1. c. 8.

cap. de Falso, scilicet, *Signum sensibile gratiam Dei, vel ejus effectum gratuitum ex institutione divina efficaciter signat, effectum* qui quod ordinatum ad salutem hominis, vltioris. Patet enim ex praedictis quod nulla particula illius orationis repugnat alteri: non est autem in se ratio ista secundum Philosophum ibi, nisi partes inter se contradicant. Isti ergo ratio non est pure non ens, pura pure impossibilis, quia nihil est purum impossibile, nisi cuius ratio est in se ipsa, ut patet. 1. lib. distincti. 2. Patet etiam, quod ista ratio non est pure negationis, vel privationis, quia includit in se aliqua positiva: quod si supponatur istam rationem esse hujus nominis, *Sacramentum* sequitur quod Sacramentum non est purum non ens, neque tunc impossibile, neque sicut in ratio. Quod autem ista ratio sit hujus nominis Sacramentum non potest: sed oportet supponere signa verborum ex usu loquentium de Sacramento, et oportet supponere signa verborum ex usu. Videndum est ergo de secunda conditione, scilicet, de per se unitate, utrum impediatur definitionem proprie a Sacramento, vel ab habente hujusmodi rationem nominis. Quod autem ens non unum per se non sit definibile, potest intelligi duobus modis, scilicet, vel quod consistat ex entibus ejusdem generis, vel alterius, quae tamen non sunt nata constitui per se unum. Primum tenet nomen entis aggregati, ut cumulus vel acervus: secundum dicitur proprie ens per accidens, patet. 5. Met. c. de ente & de uno (a). Neutrum autem horum est proprie definibile: primum non patet. 8. Met. c. 10. nec secundum, ut patet. 7. Met. c. 2. (b) Sed quantum ad secundum in proposito dicitur quod Sacramentum proprie non habet unitatem, ideo non est definibile proprie: includit enim multa, ut tangit primum argumentum ad oppositum, ex quibus non potest fieri per se unum. Sed contra hoc. Licet enim unum accidens esset in pluribus subiectis, nihilominus illud esset definibile proprie, sicut aliud accidens, quia illa plura non pertinent per se ad ratioem accedentis, sed tanquam additamenta: in ista autem ratione nominis praedicta, patet quod illud quod dicitur sensibile, ponitur respectu signi, sicut additum; ergo quantumcumque in illo non sit unitas, dum tamen illa alia, quae pertinent ad rationem formalem nominis non impediunt unitatem per se, non propter hoc Sacramentum erit non definibile, ita quod pluralitas de qua arguitur, est illorum, quae conuertuntur in sensibilibus signante fundamentum illius relationis formalis quam importat *Sacramentum*. Dico ergo, quod cum in ratione praedicta formali intelligatur esse signum, & etiam illa, quae per se determinant rationem signi, cuiusmodi sunt *ex institutione*, & *efficaciter*, alia duo quae sunt ibi, scilicet *sensibile*, & *effectum Dei gratuitum*, sunt ibi, ut additamenta: primum ut subiectum, sive ut fundamentum; secundum autem ut correlativum; pluralitas autem quaecumque, vel subiecti in se, vel correlativi ad cor-

cor-

a. 16. 13. b. 16. 7. c. 15. d. 16. 16. S. indo Rijar, lib. 4. d. 16. q. 1. a. 2.

correlativum non prohibet relationem esse definibilem simpliciter: ergo nec excludit a Sacramento habere definitionem, propter non unitatem. Ita enim est iste conceptus per se unum apud intellectum, si quantum ad plura utitur, sicut est conceptus paternitatis, & sic paternitas potest definiti proprie, non obstante non unitate per se subiecti, si paternitas esset in duobus subiectis, & illa poneretur ut additamenta; poneretur etiam correlativum paternitatis, ita in proposito. Tertio dico, quod in ratione homini praedicta includitur aliquid, quod dicitur ens rationis, scilicet, hoc quod est *signum ex institutione*. Nam ista ratio non consequitur fundamentum ex natura rei, quia est in se sit aptitudo ad signandum effectum signatum tamen actualis signatio non convenit sibi, nisi per actum imponentis. Restringendo ergo definitionem ad *quid* dicitur extrinsecum animam, ista definitio non exprimit *quid* Sacramenti; ergo non potest esse definitio eo modo, quo non est ratio entis completi extra animam, sed eo modo, quo definitio exprimit unum conceptum per se in intellectu, sive iste conceptus sit rei extra, sive rationis, bene potest definiti: & hoc modo tantum, & non aliter definitur omnes intentiones logicales: non enim significant quidditates extra animam, sed tantummodo conceptus in anima, sed per se unos, & sic habere definitionem sufficit ad scientiam proprie dictam alioquin Logica non esset scientia: In talibus definitionibus etiam invenitur Genus, Differentia, & Proprium, eo modo quo Logicus loquitur de Genere, Differentia, & Proprio, quia invenitur praedictum in *quid* & in *quale* essenziale, & in *quale* accidentale convertibile, & sic in ratione praedicta ponitur signum ut genus *ex institutione*, & *efficax*, ut differentia; *sensibile* vero ut fundamentum relationis: *gratia* vero vel *effectus Dei gratuitum*, ut correlativum. De quarta, & quinta conditione non oportet immorari. Patet enim quod Sacramentum secundum rationem nominis praedictam non habet conceptum simpliciter simplicem, nec conceptum singularem, sed universalem.

Ex his praedictis potest secundus articulus, quod Sacramentum, supposito quod ejus sit ratio nominis quae supra posita est, potest simpliciter & per se definiti eo modo quo intentiones secundae sunt per se definitae: & quod absolute, nihil repugnat, quia absolute, & verissime definitur, nisi quia proprium ejus formale est ens rationis: vel nisi, quia includit aliquid, quod est praesens ens rationis. Ex istis articulis patet corollarie, quomodo se habent cognitio *quid* est & si est ordinata. In cognitione namque est secundum quod praecedit cognitionem *quid* est, non intelligitur de actuali existentia: alioquin demonstratio, cuius medium est definitio, non posset haberi de non existente, quae oppositum vult Philosophus primo posteriorum & 7. Met. sed intelligitur si est de ente, cui non repugnat esse in effectu. In prima conditione istarum quinque, applicando ad proprium ostensum est de Sacramento:

a. 16. 16. c. 13. 5. & 13.

si est isto modo, quia ostensum est Sacramentum esse tale; cuius repugnet esse in effectu: & hoc supposito inquirebatur in speciali quid esset. Apparet etiam ordo cognitionis eius quod (a) dicitur per nomen ad se est: quia in prima conditione istarum quinque: praeiungitur quid dicitur per nomen, & ex illa ratione praeiungitur concluditur, si est: Et licet idem sit quid nominis & quid rei in habentibus quid rei tamen prius cognoscitur aliquid esse quid nominis quam quid rei. Primum enim cognoscitur cognoscendo illud nomen esse intelligibile, & significabile, secundum cognoscendo istud esse aliquid possibile esse in effectu: & ex ratione ejus possibile concepti, & signati potest concludi aliquid posse subesse illi conceptui, & per consequens illam rationem exprimeret verum quid est.

De tertio principali dico, quod eo modo quo potest esse definitio Sacramenti, ut patet ex 2. art. hoc est ejus definitio, scilicet, *Signum sensibile gratiam Dei, vel effectum Dei gratitatum, ex institutione divina specificiter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris*. Et in hoc specificiter, includitur, tam certitudinaliter, quam prognostice, & hoc accipiendi prognosticum pro signo, non tantum priori duratione signato, sed etiam natura. Hoc probatur universaliter in his qua possunt habere definitionem: eadem enim est ratio exprimens quid dicitur per nomen, & vera definitio. Nam secundum Philosophum. 4. Met. ratio quam significat nomen, est definitio: & hoc apparet per rationem: quia nomen imponitur ad significandum essentiam rei: ergo ratio qua exprimit quid dicitur per nomen distincte, & per partes, exprimit distincte per partes conceptus essentiae rei. Ista autem ratio qua posita est, scilicet *signum sensibile Dei* est ratio huius nominis *Sacramentum*, ut iuppositum est supra ex usu loquentium de Sacramento: & Sacramentum potest habere definitionem eo modo quo entia rationis definiuntur: ergo ista ratio est ejus definitio: sic ergo probatur, quia ita est. (b) Qualiter autem hoc possit esse, facilliter potest patere, quia ibi ponitur aliquid pertinet ad genus relationis, quod est genus in illo genere, eo modo quo in relationibus rationis ponitur Genus & Species, puta hoc quod est *signum*: & illud determinatur per differentias huius generis, scilicet, *signi*, quae sunt ex *institutione* & *specificiter*. Et ponitur ibi duo addita, sicut universaliter in definitionibus relationum, & relativorum, scilicet, *subiectum*, vel *fundamentum*, quod intelligitur per hoc quod est *sensibile*. Alterum etiam, scilicet, *correlativum*, quod notatur per hoc quod est *gratiam, vel effectum gratitatum*.

Ex his patet solutio quaestionis. Dicendum est enim, quod illa ratio de qua quaeritur (si recte intelligatur, & per alia non explicata) suppleatur est propria ratio definitiva Sacramenti, eo modo quo

Sacra-

a Resolutio diffinitionis subtilissima. b Speculatio notabilis de diffinitione sacram. B. ex hoc loco eliciunt aliqui undecimum praedicamentum.

Sacramentum est definibile. Est enim illa ratio se intellecta, & suppleta eadem eam ratione praedicta. Quod enim ponitur *forma*, debet intelligi pro signo sensibili, eo modo quo imago Hercules. Quod ibi additur *visibile*, debet intelligi pro sensibili in communi: & pro tanto debet intelligi *visibile* non pro sensibili, cuiuslibet sensus, quia visus est excellentior omni sensu, & plurimum differentiarum cognoscitivus secundum Philosophum 1. Met. (a) Ponitur etiam ibi *visibile*, pro sensibili sive uno sive pluribus, & hoc pluribus pertinetibus ad eundem sensum, vel alium & aliam. Ponitur autem ibi *gratia invisibilis* pro effectu Dei gratuito interiori, ordinato ad salutem hominis viatoris. Utrum autem *gratia* ibi sumatur universaliter pro *gratia* inherente animae subjective, an generaliter ut exprimiti super, ut, scilicet, significet effectum Dei gratuiti &c. in materia de Eucharistia patebit: quia ibi res Sacramenti non est aliqua *gratia* accidentaliter inherens animae. Suppleri autem debent differentiae specificantes signum, (b) puta ex *institutione* contra signum igneum naturaliter; & *specificiter*, contra signum aequivoceum & signum sequens naturaliter signatum.

Ad primum argumentum dico, quod licet fundamentum huius relationis plura includat, ex quibus non fit per se unum ut probatur de successivo, & permanente: tamen non sequitur quod Sacramentum, quantum ad suam formalem rationem, sit per se unum. Et si arguitur contra hoc, quia relatio non est proprie una, nisi habeat fundamentum unum. Respondeo; quod si forte hoc esset verum de relationibus realsibus, de quibus est dubium, quia forte in multis trahentibus unum navenit est ratio trahentium ad unum tractum: tamen in relationibus rationis propositio est manifeste falsa; quia quantumcumque diversa possunt concurrere in fundamento unius relationis rationis: non enim oportet, nisi quod multa ibi conspiciantur, quasi unum in ordine ad aliquid signatum. Hoc patet, quia huius relationis unius, quae est *signum multum bonum bene potest esse fundamentum totum istud, scilicet circulus cooperis solis habere in cruce positus* &c. ita etiam multae orationes contextae, vel una ratio ex multis syllabis, quae nihil unum per se faciunt, sunt fundamentum unius relationis huius, quae est *signare Deo inesse aliqua, quo sibi intrinsece insunt*: cum tamen illud signatum sit unum, & ideo simplicissimum. Ad argumentum secundum & tertium, patet ex dictis in explicatione definitionis Magistri. Ad quartum potest parere ex illis, quia quod una definitio non exprimit, alia exprimit ut fit ex omnibus colligendo, quod sparsim invenitur in singulari, possit haberi una definitio completa, qualis est illa supra posita.

Tom. IV.

C

QUA.

a In proemio. b In diffinitione d. 1. quaest. 1.